



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90118014**

§. 12. Altera Papæ ad Regem Angliæ Legatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](#)

probravit, quod promisso pretio sibi <sup>Sæcul. XII.</sup>  
Legato Apostolico voluisset illudere. A.C. 1169.  
Ceterum, ideo pacem exoptare Henricus Rex tantopere videri cupiebat, quod <sup>3. ep. 63.</sup>  
effectum profectionis in Italiam ab Archi-  
episcopo Senonensi & Gratiano susceptæ  
vehementer pertimesceret. Misitque  
Romam Legatos, qui diligentissime cu-  
rarent, ne huic Archiepiscopo Legati  
potestas in suis ditionibus committere-  
tur. Thomas quoque, missis Romam  
nunciis, Pontificem omnia edocuit, quæ  
in ultimo colloquio acta fuerant. Præ-  
terea Rex Ludovicus de suis viros mi-  
sit, qui Papam rogarent, ne ampliores  
inducias Henrico Regi concederet. Ar-  
chiepiscopus vero Senonensis in ipsis  
Papæ conspectu suppliciter petebat, Di-  
tiones Henrici Interdicto subjici, nisi pa-  
cem Ecclesiæ redderet.

### §. XII.

#### *Altera Papæ ad Regem Angliæ Legatio.*

Postquam Alexander Papa Gratianum  
& Vivianum Nuncios in Franciam <sup>4. ep. 1. 2.</sup>  
nullo successu misisset, adhucdum Regi  
Angliæ meliorem mentem indere opera  
virorum singulari pietate conspicuorum  
conatus est. Et primo quidem hanc  
provinciam commisit Anhelmo Episco-  
*Hist. Eccles. Tom. XVII.*      U u      po

Sæcul. XII.  
A.C. 1169.

po Bellicensi, ac Priori Cartusiae Principalis, deinde etiam Simoni Priori Cartianorum Montis Dei in Diœcesi Remensis, & Bernardo de *Coudrai* Monacho Grandimontensi. His posterioribus Pontifex mandata miserat hujusmodi: *Duobus postquam hæc mandata nostra acceperitis, mensibus elapsis, ad Regem Angliae simul ambos vos conferte, si citra mare degat. Epistolam nostram tradite, & monita salutaria suggeste; si non acquieverit, literas nostras minatorias expromite ac denunciate, nisi ante initium Quadragesimæ cum Arcbepiscopo Cantuariensi in gratiam redierit, nos Praefulem non amplius esse inhibituros, quo minus rigore Censurarum Ecclesiasticarum utatur.* Hæc Epistola Beneventi vigesima quinta Maji anno millesimo centesimo sexagesimo nono data est, & prima dies Quadragesimæ anni sequentis millesimi centesimi septuagesimi in decimam octavam Februarii incidebat. Prior autem Regis Epistola, quam attulerant, vigesimam secundam diem Maji appositam exhibebat.

4. ep. 4.

Bis in conspectum Regis Angliae venerunt Simon & Bernardus, & in primo congressu Epistolam Papæ monitoriam reddiderunt. Secundo etiam Epistolam minatoriam; sed nihil effecerunt. Rex pertinaciter petebat, ut Thomas se con-

4. ep. 8.

4. ep. 10.

Princi-  
Cartu-  
cemen-  
o Gran-  
ontifer  
Duobus,  
peritus,  
æ simul  
debat.  
ita sa-  
everit,  
nite ac  
adraga-  
ariens  
m non  
s rigo-  
utatur.  
quinta  
xagel-  
quadra-  
cente-  
tavam  
m Re-  
viges-  
m ex-  
ix ve-  
primo  
oriām  
tolam  
Rex  
e con-  
fuetu-  
suetudines servaturum promitteret, nul- Sæcul. XII,  
la vel honoris Divini vel Ordinis sui ad- A.C. 1169.  
iecta mentione, & Thomas constanter negabat, se quidquam jurejurando Regi posse promittere, quod Antecessores sui non promisissent, & consuetudines approbare a Sacra Sede damnatas. Simon Prior, data ad Papam Epistolam actorum rationem reddens, memorabile disciplinæ monasticæ specimen refert. Rogavimus, inquit, Fratrem Bernardum, ut & ipse, sicut nos, peractis jam mandatis, tibi scriberet, sed respondit; in Ordine suo omnibus Fratribus vetitum esse, sive Papæ sive alii in quacunque causa literas dare. Tantus erat in Ordine Grandimontensi rigor.

ep. 3.

## §. XIII.

*Thomas Censuras secundo pro-  
mulgat.*

Thomas amare conquestus, quod Papa, a Rege Angliæ rogatus, potestatis suæ Archiepiscopalis effectum suspendisset, quia huic suspensioni sciebat adjectam conditionem, si Rex ante Quadragesimam satisfaceret, concessis induciis quatuordecim dies detraxit, totique Cle- 4. ep. 14. 15.  
ro provinciæ Cantiensis præcepit; nisi 4. ep. 16.  
Rex ad Festum Purificationis satisface-  
ret, ab Officiis Divinis celebrandis pe- 3. ep. 33.  
nitus

Uu 2